

adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Coeli coelorumque Virtútes ac beáta Séraphim sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces ut admitti iubeas, deprecámur, súpplici confessione dicéntes: Sanctus.

Communio

Fidélis servus et prudens, quem constituit dóminus super famíliam suam: ut det illis in témpore trítici mensúram. (Luc 12:42)

1. Beátus vir, qui timet Dóminum, in mandátis ejus cupit nimis.
2. Potens in terra erit semen ejus, generátio rectórum benedicétur.
3. Glória et divítiae in domo ejus, et justítia ejus manet in saeculum saeculi.
4. Exórtum est in ténebris lumen rectis, miséricors et miserátor et justus.

Postcommunio

Próteget nos, Dómine, cum tui perceptiÓne sacraménti beátus Romualdus Abbas, pro nobis intercedéndo: ut et conversatiÓnis eius experiámur insígnia, et intercessiÓnis percipiámus suffrágia.

dreba Galybės. Dangūs ir dangiškosios kariaunos, taip pat ir palaimintieji serafimai vieningu džiūgavimu drauge aukština. Prašome, liepk, kad į jų tarpą būtų priimti ir mūsų balsai, su nuolankiu išpažinimu tariantys: Šventas.

KOMUNIJA

Ištikimas ir sumanus užvaizdas, kurį šeimininkas paskirs vadovauti šeimynai ir deramu laiku ją maitinti. (Lk 12:42)

1. Laimingas, kas Viešpaties pagarbiai bijo, kas nuoširdžiai vykdo jo įsakymus.
2. Jo palikuonys bus galingi, palaiminta dorųjų karta.
3. Jo namuose bus gerovė ir turtai, amžinai tvers jo teisumas.
4. Jis lyg šviesa, šviečianti tamsoje doriesiems, švelnus, gailėstingas ir teisus.

POSTKOMUNIJA


Viešpatie, tesaugo mus, Tavo Sakramentą priimančius, ir teuztaria mus šv. Abatas Romualdas, kad ir jo gyvenimo stebuklais pasinaudotume ir jo užtarimo vaisius laimėtume.



SCHOLA CANTORUM KAUNENSIS, ANNO 2015

www.grigaliskasgiedojimas.lt

Proprium Missæ S. ROMUALDI ABBATIS ŠV. ROMUALDAS, ABATAS (kamaldulių vienuolijos įkūrėjas)



Introitus

Os iusti meditábitur sapiéntiam, et lingua eius loquétur iudícium: lex Dei eius in corde ipsíus.

Ps. Noli æmulári in malignántibus: neque zeláveris faciéntes iniquitátem. (Ps 36:30-31, Ps 36:1)

Collecta

Intercessio nos, quaesumus Domine, beati Romualdi Abbatis commendet: ut quod nostris meritis non valemus, eius patrocínio assequamur.

Lectio

Lectio libri Sapiéntiæ (Eccli 45:1-6)

Diléctus Deo et homínibus, cuius memória in benedictiÓne est. Símilem

INTROITAS

Išmintis ateina iš teisingo lūpų, jo liežuvis sako, kas teisinga. Savo Dievo mokymą jis laiko širdyje.

Ps. Neapmaudauk dėl nedorėlių, nepavydėk tiems, kurie daro pikta. (Ps 36:30-31, Ps 36:1)

KOLEKTA

Meldžiame, Viešpatie, tegu Abato Romualdo užtarimas daro mus Tau priimtinus, kad ko nepajėgiame savo nuopelnais, pasiektume dėl jo globos.

LEKCIJA

Skaitinys iš Siracido knygos (Sir 45:1-6)

Jis buvo Dievo ir žmonių mylimas, jo atsiminimas palaimintas. Dievas

illum fecit in glória sanctorum, et magnificavit eum in timóre inimicorum, et in verbis suis monstra placavit. Glorificavit illum in conspectu regum, et iussit illi coram populo suo, et ostendit illi glóriam suam. In fide et lenitate ipsius sanctum fecit illum, et elegit eum; ex omni carne. Audivit enim eum et vocem ipsius, et induxit illum in nubem. Et dedit illi coram patribus, et legem vitæ et disciplinæ.

Graduale

Dómine, prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. V. Vitam petiisti a te, et tribuisti ei longitudinem dierum in saeculum saeculi. (Ps 20:4-5)

Alleluia

Alleluia, alleluia. Iustus ut palma florebit: sicut cedrus Libani multiplicabitur. Alleluia. (Ps 91:13)

Jei šv. Romualdo šventė išpuola po Septuagesimos sekmadienio, vietoj Aleliuja giedamas Traktas

Tractus

Beatus vir, qui timet Dominum: in mandatis eius cupit nimis. V. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. V. Gloria et divitiæ in domo eius: et iustitia eius manet in saeculum saeculi. (Ps 111:1-3)

padarė jį garbe prilygstantį šventiesiems, išaukštino jį priešų baimei ir jo žodžiais sustabdė stebuklingus ženklus. Jis padarė jį garbingą karalių akivaizdoje, davė jam įsakymų apie jo tautą ir jam parodė savo garbę. Už ištikimybę ir romumą jis pašventino jį, išsirinkdamas iš visos žmonijos. Leido jam išgirsti savo balsą, įvedė jį į debesį ir veidas į veidą davė jam įsakymų – gyvenimo ir drausmės įsakymų.

GRADUALAS

Viešpatie, tu pasitikai jį su meiliausiais palaiminimais, uždėjai jam ant galvos vainiką iš brangakmenių. V. Jis prašė tave gyvybės, ir tu suteikėi jam ilgą gyvenimą per amžių amžius. (Ps 20:4-5)

ALELIUJA

Aleliuja, aleliuja. Teisusis žydės lyg palmė, vešės kaip Libano kedras. Aleliuja. (Ps 91:13)

TRAKTAS

Laimingas, kas Viešpaties pagarbiai bijo, kas nuoširdžiai vykdo jo įsakymus. V. Jo palikuonys bus galingi žemėje, teisiųjų giminė bus laiminama. V. Garbė ir turtai Jo namuose, ir Jo teisingumas pasilieka per amžių amžius. (Ps 111:1-3)

Evangelium

Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaem (Matth 19:27-29)

In illo tempore: Dixit Petrus ad Iesum: Ecce, nos reliquimus omnia, et secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Iesus autem dixit illis: Amen, dico vobis, quod vos, qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit Filius hominis in sede maiestatis suae, sedebitis et vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Et omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meum, centuplum accipiet, et vitam aeternam possidebit.

Offertorium

Desiderium animae eius tribuisti ei, Dómine, et voluntate labiorum eius non fraudasti eum: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. (Ps 20:3; 20:4)

Secreta

Sacris altaribus, Dómine, hostias superpositas sanctus Romualdus Abbas, quaesumus, in salutem nobis provenire deposcat.

Præfatio Communis

Vere dignum et iustum est, æquum et salutare, nos tibi semper et ubique gratias agere: Dómine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus: per Christum, Dóminum nostrum. Per quem maiestatem tuam laudant Angeli,

EVANGELIJA

Šventosios Evangelijos pagal Matą tęsinys (Mt 19:27-29)

Anuo metu Petras paklausė Jėzų: „Štai mes viską palikome ir sekame paskui tave. Kas mums bus už tai?“ O Jėzus jiems atsakė: „Iš tiesų sakau jums: pasaulio atgimime, kai Žmogaus Sūnus sėdės savo šlovės soste, jūs, mano sekėjai, irgi sėdėsite dvylikoje sostų, teisdami dvylika Izraelio giminių. Ir kiekvienas, kas paliko namus, brolius, seseris, tėvą, motiną, vaikus, dirvas dėl manęs, gaus šimteriopai ir paveldės amžinąjį gyvenimą.“

OFERTORIUMAS

Viešpatie, tu jam suteikėi, ko jo širdis geidė, ir neatsakei jam to, ko jo lūpos prašė, uždėjai jam ant galvos vainiką iš brangakmenių. (Ps 20:3; 20:4)

SEKRETA

Viešpatie, meldžiame, kad šv. Abatas Romualdas išmelstų mums, jog ant šventųjų altorių padėtos aukos tiktų mūsų išganymui.

BENDROJI PREFACIJA

Tikrai verta ir teisinga, reikalinga ir išganinga, mums visada ir visur Tau dėkoti, Viešpatie, šventasis Tėve, visagali amžinasis Dieve, per Kristų mūsų Viešpatį. Per Jį Tavo didybę šlovina angelai, garbina Viešpatystės,